

716. Occiso Osredo Cuenred regnavit annis II ^m).
 717. Theodosius imperavit anno I.
 718. Leo imperavit annis XXIII. Abhinc usque Carolum Magnum Romani imperatores defuerunt per LX annos.
 719. Osric regnavit annis XI.
 721. Iohannes episcopus in Beverlec obiit, cui Wilfridus [successit] ⁿ).

f. 20^v

722. Defuncto Eadfrido duobus annis vacabat Lindisfarnensis ecclesia.
 725. Beda scripsit librum de temporibus. Æthelwold ^o) abbas de Mailros ordinatur episcopus Lindisfarnensis annis XVI.
 728. Ine rex Westsaxonum obiit, cui Æthelheard successit XIII ^p) annis.
 730. Ceolvulf de stirpe Idę ^q) regnavit super Northanhymbros annis VIII.
 731. Beda scripsit historiam Anglorum ad eundem regem.
 735. Beda obiit in Girvum ^r) ibique sepelitur; et Æcgbert accepto pallio primus post Paulinum confirmatur in archiepiscopatum.
 737. Ceolvulf dimisso regno fit monachus in Lindisfarne, cui filius patru sui Æatbertus successit XXI.
 740. Defuncto Æthelhardo Cuthred frater eius tenuit regnum Wessaxonum IIII annis. Cui frater eius Sigebert successit anno I, post quem Kinepulf regnavit annis XXIX. Cynevulf suscepit episcopatum Lindisfarnensem et rexit XL annis.
 741. Carolus princeps moritur, cui Carlomannus et Pippinus filii eius successerunt.
 744. Wilfridus secundus episcopus obiit III. Kal. Mai.
 746. Carlomannus frater Pippini fit monachus Romae et postea apud montem Cassinum.
 750. Pippinus ungitur in imperatorem.
 756. Balthere obiit in Tiningham anachorita.
 757. Æatbertus tradens regnum filio Osulfo accepit tonsuram clericatus apud Eboracum, ubi frater eius Ecgbertus gerebat episcopatum.
 759. Osulfus regnavit anno I super Northanhymbros.

^m) folgt nochmals regnavit.

ⁿ) successit fehlt Hs.

^o) Æthelwol Hs.

^p) XIII korr. zu XIII.

^q) de stirpe Idę über der Zeile nachgetragen.

^r) Wiruū Hs.